

*Faint handwritten text on the left edge of the book cover.*

Jf  
788



*Mac. 12.*



R E C T O R  
VNIVERSITATIS LIPSIENSIS  
MEMORIAM  
SACRORVM PER LVTHERVM  
EMENDATORVM

DIE XXXI. OCT. A. Dom. c1o1occccv

IN

A E D E D. N I C O L A I

RECOLENDAM

INDICIT.

---

*De doctoribus veteris ecclesiae culpa corruptae per Platonicas sententias  
Theologiae liberandis*

*Com ment a t i o XIX.*

*Dr. Prof. J. G. V. A. A. A.*

1790

UNIVERSITÄT ERFURT

MEMORIAM

SACROVM PER IUSTITIAM

EMENDATORVM

Die Zeit der ...

in

ALDE D. NICOLAI

RECTORVM

INDICIA

In ...

Compositio ...



Quam in duobus superioribus libellis, ante hos octo annos super eodem, quod huic inscripsimus, et ad quod persequendum bono cum Deo nunc revertimur, argumento in lucem postremum emissis, veteris ecclesiae doctores commendasse ostendimus virtutis disciplinam in corporis potissimum castigatione et affectuum cohibitione ponendam; eam primum omnium in alimentis corpori vel praebendis, vel denegandis conspicuam fieri debere, illos voluisse, sponte profecto potest intelligi, cum corporis quidem conditio, quam summam illi in virtutem vim habere statuerunt, a nulla re magis sit suspensa, quam ab iis, quibus alitur atque nutritur, eiusque vigor ac robur sustentatur. Hinc cum in cibis sumendis moderationem inque eorum delectu habendo prudentiam, tum vero etiam omnium ciborum per certum aliquod tempus abstinentiam ab omnibus, qui in virtutis studio proficere velent, postulasse reperiuntur.

Et moderationem quidem, quam in cibis sumendis adhiberi voluerunt, his potissimum limitibus circumscribendam iudicarunt, ut usus eorum in sola corporis necessitate subsistere debeat, ideoque non modo omnem in iis appetendis aviditatem atque voracitatem propter incommoda animo inde metuenda vitare iusserunt, sed voluptati etiam in iis adhibendis quicquam dare turpe et pravum habuerunt, hincque nec nisi simplicem eorum apparatus probarunt. Hanc enim ciborum sumendorum regulam plures cum graecae tum

latinae ecclesiae doctores, nominatim Clemens Alex.<sup>1)</sup>,  
Origenes<sup>2)</sup>, Cyrillus Hierosolym.<sup>3)</sup>, Basilius M.<sup>4)</sup>,  
Chry-

1) *Paedag. l. II. cap. 1. et 2.* in quibus ex professo, ut aiunt, ea de re disputat, priore quidem capite ostendens, quomodo circa alimenta versari oporteat hominem christianum, posteriore autem, quomodo in potu sumendo gerere se debeat, summamque in utroque moderationem suadet, non vivendum esse monens, ut comedamus, sed comedendum, ut vivamus, tumque, ἐκ δούϊν, addens, τὸ ζῆν τοῦτο, ὑγείας τε καὶ ἰσχύος σύγκειται· οἷς μάλιστα κατάλληλον τῆς τροφῆς τὸ εὐκόλον. Tum huc etiam pertinet locus *Strom. l. VI. §. 9. Tom. 1. Opp. pag. 779.* edit. Potter. ubi de gnoffico suo haec habet: διαίτη λιτή καὶ αὐταρκία συνειθισμένος, σιοφρόνιος, εὐσταλής, μετὰ σεμνότητος ὑπάρχει, δλίγων τῶν ἀναγκαίων πρὸς τὸ διαζῆν δεόμενος· μηδὲν περιττὸν πραγματευόμενος· ἀλλὰ μὴδὲ ταῦτα ὡς προηγούμενα, ἐκ τε τῆς κατὰ τὸν βίον κοινωνίας, ὡς ἀναγκαῖα τῇ τῆς σαρκὸς ἐπιδημίᾳ, εἰς ὅσον ἀνάγκη, προσίμενος.

2) *Comment. in epist. ad Rom. l. IX. §. 42. Opp. To. IV. pag. 666.* edit. de la Ruë, Vera, inquires, observantia est, ubi ita sumitur cibis, et ita aguntur omnia, ut non de talibus dicatur: quorum Deus venter est, Abstiner enim convenit ab omni cibo, quem concupiscentia et libido praesumit, quem deliciae parant, quem luxus excogitat. Videndum namque est non solum quali, sed et quanto cibo, et quo in tempore, et quam parco utamur. Similia leguntur etiam lib.

*VIII. contr. Cels. §. 30. To. 1. pag. 763.* e quo loco et ipso intelligitur, eum quemlibet cibi usum damnasse, qui non ex consilio sanitati corporis eiusque curationi consulendi proficiscatur, et ad quem vel gulae vel voluptatis studium hominem compellat.

3) *Homil. in paralys. ad piscin. §. 18. pag. 344 Opp. edit. Toutt.* ubi in loco Rom. VIII., 5. explicando et ad usum practicum transferendo versans, εἰ γὰρ, inquit βέλεται ἡμᾶς ὁ ἀπόστολος τελῶς ἑαυτὸς ἐξαγαγόντας ἐκ τῆς κόσμου μὴ ἐργάζεσθαι φαύλων· ἀλλ' ἐν σαρκὶ ὄντας ἡμᾶς καταδουλάσαι τὴν σάρκα καὶ μὴ ἀρχεσθαι ὑπ' αὐτῆς· μὴ δαυλωθῆμεν, ἀλλ' ἀρξώμεν· τροφῇ χρησάμεθα συμμέτροι, μὴ τῇ γαστριμαργίᾳ καταφερόμενοι ἀλλὰ χαλινῶντες τὴν γαστέρα, ἵνα καὶ τῶν ὑπὸ γαστέρα ἀρξώμεν.

4) Apud quem plura eam in rem praecepta et sententiae admodum graves occurrunt, qualis legitur v. c. in *Homil. in Ps. XXXII. §. 6. Opp. To. 1. pag. 130.* edit. Garn. ubi τί περιέπεις, inquit, τὸ μικρὸν ὑπερον φθαρσόμενον; τί καταλαίνας σεαυτὸν καὶ περισαρκοῖς; ἢ ἀγνοεῖς ὅτι ὅσα παχυτέραν τὴν σάρκα σεαυτῷ ποιεῖς, τοσούτω βαρύτερον τῇ ψυχῇ κατασκευάζεις τὸ δεσμοτήριον; Similes reperiantur etiam in *Comment. in Es. cap. 1. §. 31. To. 1. pag. 404.* itemque in *Constit. monast. cap. VI. §. 4. To. II. pag. 552.* atque in *epist. XXII §. 1. To. III. pag. 99.* ubi haec sunt verba eius: ὅτι οὐ δεῖ ἄνω δαμνωθῆναι· οὕτε περὶ κρέα ἐμπαθῶς ἔχειν· καὶ καθόλου περὶ ἁδὲν βρω-  
με

Chrysoſtomus <sup>5)</sup>, Cyrillus Alex. <sup>6)</sup>, Hieronymus <sup>7)</sup>,  
Am-

μα ἢ πόμα φιλήδονον εἶναι. ὁ γὰρ ἀγνο-  
νιζόμενος πάντα ἐγκρατεύεται, et paulo  
post §. 3. pag. 101. haec habet: ὅτι  
ἔδει ἀπαρτῶσθαι καρσάκια κοιλίας, δι' ἧς  
γίνονται φαντασίαι νυκτεριναί. Praeterea  
vero sunt etiam loca, in quibus  
confulto ea de re praecipit, quo  
pertinet v. c. regul. *fuf. tract. in-  
terrog. XIX. To. II. pag. 362.* in qua  
continentiae modum pluribus de-  
ſcribit, docetque in cibis fumen-  
dis neglecta omni ſuavitate hunc  
unum ſcopum eſſe perſequendum,  
ut neceſſitati ſatis fiat, itemque  
*regul. brev. tract. inerr. LXXI. ib.  
pag. 440.* qua eos, qui in cibis ap-  
petendis ſuavitatem magis, quam  
copiam confeſtantur, perinde dicit  
aegrotare, atque illos, qui copiam  
magis, quam ſuavitatem ſatietatis  
cauſa exoptant, hincque poſt  
*interrog. CXXVI. pag. 458.* docet  
etiam, quam rationem quis ingredi  
debeat, quo minus ab eduliorum  
voluptate capiatur.

5) Qui in *Homil. IV. de ieiun. et  
semper Opp. To. VI. pag. 597.* edit.  
Duc. ſimillima habet iis, quae ex  
Clemente Al. laudavimus not. 1.  
τοσούτον τοῖνον, inquinaς, ἐαυτὸς ἐδί-  
σωμεν ἐσθῆιν, ὅσον πρὸς τὸ ζῆν μόνον, ἢ χ  
ὅσον διαſπῶσθαι καὶ βαρύνεσθαι ἢ γὰρ  
διὰ τῆτο ἐγενόμεθα καὶ ζῶμεν, ἢ α φάγω-  
μεν καὶ πίωμεν, ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἐσθίωμεν,  
ἢ α ζῶμεν. ἢ γὰρ τὸ ζῆν διὰ τὸ φαγεῖν,  
ἀλλὰ διὰ τὸ ζῆν τὸ φαγεῖν γέγονεν ἐξ ἀρ-  
χῆς· πρὸς χρεῖαν ἀδελφοί, ἢ πρὸς ἡδονὴν ἢ  
ζωὴν συμμέριται· τὸ ἦν περιττὸν τῆς φύ-  
σεως ἀποδέμενοι, τὸ ἀναγκαιὸν μόνον ἀσπα-  
σόμεθα. Cur autem in iis, quae

necessaria ſint, acquieſcere debe-  
ant, in *Orat. in ſacr. Paſcb. ibid.  
pag. 541.* his verbis docet: τὶ γὰρ  
ὄφελος εἶπε μοι ὑπὲρ τὴν χρεῖαν διαρρῦνῶσθαι,  
καὶ τὴν ſυμμετρίαν ὑπερβαίνειν; τῆτο καὶ  
τὸ σῶμα λυμῖνεται, καὶ τῆς ψυχῆς τὴν  
εὐγένειάν προδίδωσιν· ἀλλὰ τῆς αὐταρκειᾶς  
καὶ τῆς χρεῖας γενόμεθα, ἢ α καὶ ψυχῆ καὶ  
σώματι τὸ προσηκόν ἀποπληρώσωμεν.

6) *Homil. IX. de feſt. paſcb. Opp.  
To. V. P. II. pag. 129.* edit. Aub.  
haec monens auditores ſuos: ὀλι-  
γοſιτίας μὲν ſοφρόνως ἀρκούμενοι, καὶ ἀνα-  
ρκεύτου περιεργίας ἐλευθέραν τῶν ἐδωδι-  
μων τηράντες τὴν μέτριον, ἢ α καὶ τὸν τῆς  
δαιμονίας ἀπολεπτύνομεν ὀφθαλμόν, item-  
que *lib. VII. contr. Iulian. To. VI.  
pag. 242.* de Chriſtianiſm haec tra-  
dens: ὡς βέβηλον δὲ παρατιθέμεθα τῶν  
ἔψων ἕδδν, κατενιάζοντες δὲ ταῖς ἐπιπικί-  
αις τὰς ſωματικὰς ἡδονὰς, καὶ τὸ τῆς φι-  
λοſοφίας ἀπαμβλυόντες κέντρον ὀλιγοſιτεῖν  
εἰθίσεμεθα, καὶ τὸ τρυφᾶν ὄλωις ἢ τῶν ἀρί-  
στων εἶναι φαιμέν.

7) In *epiſt. II. ad Nepotian. de vit.  
cleric. Opp. To. I. pag. II.* edit. Frft.  
1684. eos, qui ab aqua et pane  
abhorreant his verbis taxans. *Au-  
dio quosdam contra rerum hominum-  
que naturam aquam non bibere, nec  
veſci pane, ſed forbitiunculas delicatas  
et contrita olera betarumque ſuccum  
non calice ſorbere, ſed concha. Prob  
pudor non erubescimus iſtiusmodi in-  
epiis nec ta der ſuperſtitionis? Inſu-  
per etiam famam aſtinentiae in deliciis  
quaerimus. Fortiſſimum ieiunium eſt,  
aqua et panis. Sed quia gloriam non  
habet, et omnes pane et aqua vivimus,  
quaſi publicum et commune, ieiunium*

Ambrosius<sup>8)</sup>, Augustinus<sup>9)</sup>, atque Gregorius

rius

non putant; atque lib. II. adv. Iovin. To. II. pag. 54. contra eos, qui ciborum copiam virtutis studio non obesse existimant, ita disputans: Quod si quis existimat et abundantia ciborum potionumque se perfrui et vacare posse sapientiae, hoc est et versari in deliciis et deliciarum vitiis non teneri, se ipsum decipit. Cum enim procul ab his remoti saepe capiamur naturae illecebris, et cogamur ea cupere, quorum copiam non habemus, quanto magis, si circumdati rebus voluptarium, esse nos liberos arbitremur? pauloque post haec addens: Adesse ergo debet ratio, ut tales ac tantas sumamus escas, quibus non oneretur corpus, nec libertas animae praegravetur: quia et comedendum est et deambulandum et dormiendum, et postea, inflatis venis, incentiva libidinum sustinenda. — Ne tales accipiamus cibos, quos aut disticulter digerere, aut comisos, magno partos et perditos labore doleamus. Holerum, pomorum ac leguminum et facilius apparatus est, et arte impendisque cocorum non indiget, et sine cura sustentat humanum corpus, moderate sumtus, (quia nec avide devoratur, quod irritamenta gulae non habet,) leviori digestionem concoquitur.

8) Hexaem. lib. III. cap. VII. Opp. To. I. pag. 45. edit. Bened. ubi de eo loquens, quod prius pecori pabulum, quam homini cibus a Deo fuerit creatus, id ideo dicit factum esse, quia, quae sunt verba eius, simplicem victum et naturalem cibum reliquis cibus debuit anteferre. Hic enim sobrietatis est cibus, reliqui deli-

ciarum atque luxuriae: hic communis omnibus animantibus cibus, ille paucorum. Exemplum itaque frugalitatis, magisterium parsimoniae, herbae simplicis victu olerisque vilis aut pomi contentos esse omnes oportere, quem natura obrulit, quem liberalitas Dei prima donavit, etc.

9) Qui contr. Faust. lib. XXII. cap. 4. Opp. To. VIII. pag. 386. edit. Bened. Venet. cibi et potus consilium non nisi ad sanitatem conservandam spectare defendit, nam et hanc, (ebrietatem,) inquit, lex aeterna condemnat; quia cibum et potum ad ordinem naturalem non nisi gratia conservandae salutis admittit; ideoque etiam in utriusque appetitione non ultra hunc naturalem necessitatis ordinem progredi vult, atque si fiat, libidinis id esse defendit lib. IV. contr. Iulian. Pelag. §. 67. To. X. pag. 66. in hunc modum disputans: Cum ergo natura quodam modo poscit supplementa quae desunt, non vocatur libido, sed fames aut sitis: cum vero suppleta necessitate amore edendi animum sollicitat; iam libido est, iam malum est, cui cedendum non est, sed resistendum; hincque ante iam lib. III. §. 41. pag. 372. summam in utriusque usu parsimoniam commendaverat his verbis: Qua (creatura panis et vini) ideo parcius et restrictius est utendum, ne ipsa quoque concupiscentia, quod malum intus ac nostrum est, mentem corruptibili corpore ex abundantiore materia multo amplius aggravante, adversus nos vehementius et invictius concitetur. Hanc igitur



rius M.<sup>o</sup>), diferte scripserunt, aliisque eam vita exprimentam commendarunt, ita tamen, ut eorum nonnulli certe non omnibus saltem ciborum deliciis iis interdictum vellent, sed nimiam tantum et frequentem earum appetitionem improbarent<sup>11)</sup>.

## Quod

igitur parsimoniae legem semet ipsum sibi etiam scripsisse testatur *Confess. lib. X. cap. 31. To. 1. pag. 185.* Nunc autem, inquires, suavis mihi est ista necessitas, (reficiendi quotidianas ruinas corporis edendo et bibendo,) et adversus istam suavitatem pugno, ne capiar; et quotidianum bellum gero in ieiuniis saepius in servitudinem redigens corpus meum. Sed mox tamen addit, sibi in hoc ipso studio saepe concupiscentiae laqueum insidiari, doletque se ab hac concupiscentia nonnunquam tamen superari, licet quotidie adversus eam certet, his verbis usus, §. 47. *Quis est, Domine, qui non rapitur aliquantum extra metas necessitatis. Quisquis est, magnus est, magnificet nomen tuum. Ego autem non sum, quia peccator homo sum: similique modo et ante §. 45 dixerat iam: ebrietas longe est a me: misereberis, ne appropinquet mihi. Crapula autem nonnunquam subrepsit servo tuo: misereberis, ut longe fiat a me.*

10) In *Ezech. lib. II. hom. VII. §. 19. Opp. To. 1. pag. 1388.* edit. Bened. ubi de ciborum iusto modo observando haec habet: *Ex caro nobis aliquando adiutrix est in bono opere, aliquando autem seductrix in malo. Si igitur ei plus, quam debemus, tribuimus, hostem nutrimus. Et si necessitati eius, quae debemus, non reddimus, civem*

*necamus. Satianda itaque est caro, sed ad hoc usque, ut in bono nobis opere famulari sufficiat. Nam quisquis eorum tribuit, ut superbiat, satiari penitus ignorat. Ars itaque magna est satiari, ne unusquisque per satietatem carnis ad iniquitatem prorumpat turpitudinis etc.*

11) Quibus nos quidem annumerandos potissimum deprehendimus *Clementem Alex.* qui, quanquam in loco *Paedag. not. 1.* laud. non nisi parco et viliori cibo utendum esse monet, tamen *cap. 1. pag. 169.* μή γάρ, inquit, ἀφαιρῶμεν τὴν συμπεριφορὰν ἀλλὰ τὸν ὄλιγον τῆς συνδείας, ὡς συμφορὰν ὑποπτύμεν διὸ παραιτητέον τὴν λιχνείαν, ὀλίγων τινῶν καὶ ἀναγκαίων μεταλαμβάνοντας: itemque *Cbrystostomum*, qui post verba ex *Orat. in sacr. pasch.* supra *not. 5.* laudata, haec subiungit: μή γάρ κολύω ἀπολαύειν τροφῆς καὶ ἀνίσθαι ἢ κολύω τῆτο, ἀλλὰ παραινῶ τῆς χρείας γίνεσθαι, καὶ τὴν πωλὴν τρυφὴν ἐκκόπτειν, καὶ μὴ τὸ μέτρον ὑπερβαίνοντας, λυμαινέσθαι τῆς ψυχῆς τὴν ὕλειαν ἢ δὲ γὰρ ἥδονῆς λοιπὸν ἀπολαύσεσθαι ὁ τοιούτος ὑπερβάς τῆς χρείας τῆς ὄρεως atque *Augustinum*, qui cum probe sciret, ipsam naturam postulare, ut cum ciborum usu suavitatis quaedam sit coniuncta, id ipsum tradit in loco eum, quem ex *lib. IV. contr. Julian. Pelag. not. 9.* attulimus, praecedenti, his verbis usus: *Alimentorum susten-*

Quod vero ciborum delectum attinet, omnes fere, Iesu et Apostolorum institutionem atque exemplum secuti, constanter defenderunt, nullum cibum ab homine christiano impurum aut illicitum esse iudicandum, ideoque nonnullorum a quibusdam abstinentiam tanquam superstitiosam reprehenderunt atque oppugnarunt<sup>12)</sup>; at nihilominus tamen aliis de causis eorum delectum quendam habendum esse statuerunt, ad ipsam ciborum conditionem atque indolem, et, quam in corpus ac animum hominis habeant, vim potissimum referendum, ita quidem, ut illos maxime cibos eligi vellent, a quibus neque corpori neque animo quicquam damni sit metuendum, sed utriusque potius sanitati bene sperandum: quam  
in

sustentaculis indigemus: si suavia non sint, quae ore sumuntur, nec sumi possunt, et nauseando saepe respiciuntur, et perniciosa sunt cavenda fastidia: non solum ergo cibo, sed etiam cibi sapore indiget infirmitas corporis nostri, non propter exsaturandam libidinem, sed propter tuendam salutem; ideoque etiam in Serm. LXI. de verb. evang. Matth. VII. §. 12. To. V. P. I. p. 336. haec monet: Neque ita hoc dixi, ut divites cogam epulis et cibis pauperum vesci. Utantur divites consuetudine infirmitatis suae: sed doleant, aliter se non posse. Contra vero Gregorius Nyss. n. tam morosus fuit, ut omnem ciborum voluptatem sperni atque vel eam etiam, quae per ipsam rei naturam cum illorum usu coniuncta est, posthaberi vellet, ideoque in libr. de Virgin. cap. 21. Opp. To. III. pag. 170. edit. Morell. hanc moderandae vitae rationis regulam scripsit: μήποτε προσδέσθαι τινὶ κατὰ ψυχὴν, ἢ δέλεαρ τι ἡδονῆς καταμέμικται: πρότε πάντων τὴν ἐπὶ τῆς ἡσυχίας ἡδονὴν διαφεράντως φιλάσσειν, et paulo

post haec addidit: ὡς ἂν ἔν μάλαστα γαληνιάτων ἡμῶν διαμένοι τὸ σῶμα, μηδενὶ τῶν ἐκ τῆ κόρου παθημάτων ἐπιβολόμενον, προνοικτέον τῆς ἐγκρατικῆς διαγωγῆς, μέτρον μὲν καὶ ὄρον τῆς ἀπολαύσεως ἢ τὴν ἡδονὴν, ἀλλὰ τὴν ἐφ' ἑκάστῃ χρεῖαν ὀρίζει: εἰ δὲ τῇ χρεῖα καὶ τὸ ἡδονὴ πολλὰκις συγκαταμέμικται: πάντα γὰρ οἶδεν ἐφιδύειν ἢ ἔνδεια, τῇ σφοδρῇ τῆς ἐρέξεως τὴν χρεῖαν παρευσεθὲν ἅπαν καταγλυκαίνουσα: ἐκ ἀπατέον τὴν χρεῖαν διὰ τὴν ἐπακολυθῆσαν ἀπόλαυσιν: ἢτε μὴν κατὰ προηγμένον μεταδιακτέον τὴν ἡδονὴν: ἀλλ' ἐκ πάντων ἐκλεγομένους τὸ χρισμῶν, ὑπερορᾶν προσήκει τῷ τὰς αἰσθήσεις ἐνφραίνοντι.

12) Quod haec v. c. loca eorum testantur: Clem. Alex. Paedog. lib. II. cap. 1. To. I. pag. 175. et Strom. lib. III. §. 6. To. I. pag. 535 seq. Origen. Comment. in epist. ad Rom. lib. IX. §. 42. To. IV. p. 65, itemque lib. X. §. 3. pag. 668 sq. Cyrill. Hierol. caecob. IV. de dec. dogm. c. 27. pag. 65. Epiphan. haer. XXX. §. 22. To. I. Opp. pag. 147. edit. Petav. Augustin. lib. I. de morib. eccles. cath. §. 71. sq. To. I. pag. 711 sq.

in rem apud Clementem Alex.<sup>13)</sup> potissimum, Basilium M.<sup>14)</sup> et Gregorium M.<sup>15)</sup> plura eaque sat ampla praecepta occurrunt, a reliquis vero nonnulla sparsim monentur<sup>16)</sup>. Inprimis vero de carniū esu admodum solliciti fuerunt, inque eo vel admittendo vel reiiciendo in varias sententias abierunt. Quamquam enim catholica quidem ecclesia iis haeticorum<sup>17)</sup>, qui

13) In illo nominatim, quod supr. not. 1. iam commemoravimus, cap. 1. lib. II. Paedag. in quo de hoc ciborum delectu uberius disputat, postulatque, ut neque nimis varii cibi sumantur, neque delicatiores et pretiosi aut ex remotis regionibus allati, vel eiusmodi, qui sensus titillent et ad voluptatem incitent, vel etiam non esurientes comedere cogant, appetitiones eorum veluti praestigiis quibusdam fallentes, sed adhibeantur potius viliores et paratiores, quibus statim et vel absque igne uti liceat.

14) In regul. fus. tract. interrog. XIX §. 2. To. II. pag. 363. ubi simillima occurrunt iis, quae leguntur apud Clement. Alex. l. 1. hisque respondent etiam ea, quae in libr. de virgin. falso ipsi tributo traduntur §. 8. To. III. pag. 596.

15) Moral. l. XXX. in cap. XXXIX. Iob. §. 60 sq. To. I. pag. 983. ubi haec primum tradit de diversis modis, quibus gulae vitium homines tentet: Aliquando namque indigentiae tempora praevenit: aliquando vero tempus non praevenit, sed cibos lautiores quaerit: aliquando quaerit, quae sumenda sint, praeparari accuratius experit, aliquando autem et qualitati ciborum et tempori congruit, sed in ipsa quantitate sumendi mensuram modera-

tae refectiois excedit. Nonnunquam vero et abiectius est, quod desiderat: et tamen ipso aestu immensè desiderii deterius peccat: tumque quomodo cuilibet eorum sit occurrendum pluribus exponit.

16) Quale praeter ea, quae ex Hieronymo iam attulimus not. 7. est v. c. illud, quod legitur apud Ambros. lib. II. de virg. cap. 2. To. II. pag. 176. *escis omnibus, quae calorem gignant membris parce utendum esse.*

17) Quos inter apud veteres quidem haesiologos nominatim commemorantur Ebionitae, Marcionitae, Tatiani cum reliquis Encratitis, Manichaei, Eusthatiani, Priscillianistae, Patriciani et Aëriani, licet non ab omnibus haeresium enarratoribus haec sententia singulis tribuatur, sed nonnullis ab uno tantum alterove ea adscribatur, cuius generis quid observatum iam est Augustino in libr. de haeres. cap. 53. To. VIII. pag. 18 de Aërianis haec scribenti: *Ab esca tamen carniū non eos abstinere dicit Epiphanius: Philaster vero et hanc eis tribuit abstinentiam. Utrum vero cum his, tum caeteris recte an secus ea fuerit tributa, non est huius loci pluribus quaerere. Montanistas certe non perpetuam, sed ieiuniorum tantum temporibus adstrictam carnis absti-*

B

nen-

qui earum usum variis de causis<sup>18)</sup> improbarent penitusque reiicerent, ita repugnavit, ut et hanc eorum sententiam haereticis annumeraret; tamen inter ipsos etiam illius ecclesiae doctores nonnulli fuerunt, qui vel et ipsi eum averfarentur, vel ab illo saltem essent alieniores. His vero e Graecis quidem unus tantum Clemens Alex. est annumerandus. Huic enim quanquam carni-um usus non adeo damnabilis visus est, ut eum nunquam absque peccato admitti posse stitueret, tam parum tamen ille placuit, ut non modo carnem edere ferarum esse diceret<sup>19)</sup>, sed illius esu hominis etiam animam puta-

mentiam postulasse perspicue docet Tertullianus, ipse Montanista, in libr. de ieiun. adv. psych. cap. 15. Opp. To. II pag. 418. edit. Seml. ubi haec sunt verba eius: *Reprobat etiam (Apostolus) illos, qui iubeant cibis abstinere, sed de providentia Spiritus sanctus (sancti) praedamnans iam haereticos perpetuam abstinentiam praecepturos ad destruenda et despicienda opera creatoris: quales inveniam apud Marcionem, apud Tarianum, apud Iovem hodiernum de Pythagora haereticum, non apud paraclitum. Quantula est enim apud nos interdictio ciborum? duas in anno hebdomidas cerophagiarum, nec voras, exceptis scilicet sabbatis et dominicis, offerimus deo, abstinentes ab eis, quae non reiicimus, sed differimus.*

18) Ebionitae v. c. teste Epiph. haer. XXX. §. 15. To. I. pag. 139. διὰ τὸ ἐκ συνουσίας καὶ μίξεως σωματίων εἶναι αὐτὰ, Enkratitae vero eodem Epiphanio teste haer. XLVII, §. 2. pag. 400. κατὰ φόβον καὶ ἰδαλμὸν τὰ μὴ καταδικασθῆναι ἀπὸ τῆς τῶν ἐμψύχων μεταλήψεως, quod ipsum statuisse etiam videtur Marcion, quem idem Epiph. haer.

XLII. To. I. pag. 330. narrat docere ἐμψύχων μὴ μεταλλάμβανειν, φάσκοντα ἐνόχως εἶναι τῇ κρίσει τῆς τῶν κρεῶν μεταλήψεως, ὡς ἂν ψυχὰς ἐσθιοντας, qui Epiphanii locus commodè profecto laudatus est ad simillimum locum Constituit. Apost. libr. VI. cap. 10. in edit. PP. App. Coteler. To. I. pag. 342. et ipsum non parum sane facientem ad illorum hominum sententiam apertius declarandam, cum et hic sermo sit de haereticis, qui iubeant κρεῶν ἀπέχεσθαι, ἢ ὡς ἀλόγων ζώων, ἀλλ' ὡς λογικῶν ἐχόντων ψυχὴν, καὶ φόβον δικῆν εἰσπράσσεισθαι μέλλοντων τῶν ταῦτα κατατολιμῶντων σφάζειν. Manichaei contra et Patriciani, narrante quidem Augustino libr. de haer. cap. 61. et in pluribus libris contra Manichaeos scriptis, propterea a carnibus abstinerunt, quoniam non a Deo, sed diabolo carnem conditam putarunt.

19) In loco Paed. libr. II. cap. 1. saepius iam laud. ubi de notissimo Pauli dicto Rom. XIV, 21. καλὸν μὲν εἶναι τὸ μὴ φαγεῖν κρέα, μηδὲ οἶνον πικρῶν, disputans pag. 170. disertè dicit Ἐβριῶν γὰρ μᾶλλον τῆσθε, simul vero haec addit:

putaret onerari<sup>20)</sup>, eumque ad corporis quoque luxuriam facere<sup>21)</sup> defenderet. Quod autem latinae ecclesiae Patres attinet, Tertullianum primum carniū abstinentiam ieiuniorum saltem temporibus necessariam iudicasse, et officii nomine postulasse<sup>22)</sup>, non est profecto, quod miremur, cum eum Mon-

B 3

tani-

addit: εἰ δὲ τις καὶ τῶν μεταλαμβάνει, ἢ ἄμαρτάνει· μόνον ἐγκρατῶς μετεχέτω· μὴ ἐξερχόμενος, μηδὲ ἀπυρτιμένος αὐτῶν, μηδὲ ἐπιλαίμαργων τῶ ὄψῳ.

20) *Sitom l. VII. §. 6. To. II. pag. 849.* ubi ei dicitur, inquit, τῶν δικαίων ἐκ ἐπιφορτίζει τῆ τῶν κρεῶν βρώσει τὴν ψυχὴν, λόγῳ τινὶ εὐλογῶ χρήται. Quae nam vero sit illa idonea ratio et unde oriatur istud animi onus, optime videtur intelligi posse ex iis, quae pag. seq. in eandem rem disputat, ubi de carniū esu, quem hominibus paulo ante non in omnibus saltem animalibus, sed ἀέργοις tantum concessum esse dixerat, haec habet: διὸ τοῖς μὲν ἀσκήσει τὸ σῶμα, χρησιμεύει· τοῖς δὲ αὐτὴν τὴν ψυχὴν αἰεὶ ἐπιχειροῦσι, διὰ τὴν ναδίαν τὴν ἀπὸ τῆς κρεοφαγίας ἐγγινομένην, ἢ ἔτι.

21) *L. L. pag. 850.* ubi post verba, quae modo exhibuimus, haec statim subiiciuntur: τάχ' ἂν τις τῶν γνωστικῶν καὶ ἀσκήσεως χάριν σαρκοφαγίας ἀποσχόιτο, καὶ τῷ μὴ σφριγῆν περὶ τὰ ἀφροδίσια τὴν σάρκα.

22) Id vero eum cum partium suarum sectatoribus utique fecisse, luculenter cognoscitur ex lib. *de ieiun.* cap. 2. *To II. pag. 392.* ubi ptychicos vel Catholicos de sua caeterorumque Montanistarum xerophagiae necessitate per ieiuniorum tempus defendentium doctrina ita statuere narrat: *Xerophagias vero no-*

*vum affectati officii nomen et proximum ethnicae superstitioni, quales castimoniae Apim, Isidem et magnam matrem certorum eduliorum exceptione purificant, cum fides libera in Christo ne Iudaicae quidem legi abstinentiam quorundam ciborum debeat; semel in rotum macellum ab Apostolo admissa desestatore eorum, qui sicut nubere prohibeant, ita inbeant cibis abstinerere a Deo conditis: et ideo nos esse iam tum praenotatos in novissimis temporibus abscedentes a fide, intendentes spiritibus, mundi seducroribus, doctrinis mendaciloquorum, iniustam habentes conscientiam; de quo loco quae conferatur dignissima profecto sunt, quae disputavit Io. Dallaeus in lib. de ieiuniis et quadragesima, cap. VI. pag. 257 sq. Tum vero consulenda etiam sunt, quae ipse Tertullianus contra hanc Xerophagiariam, quae dicebatur, novitatem aut vanitatem disputat cap. 9. eiusd. lib. pag. 404. quibusque efficere studeat, tam antiquissimae, quae ipsa sunt verba eius, quam efficacissimae religionis esse operationem. Cuiusnam vero generis fuerint istae Xerophagiae Montanisticae, ex cap. 1 intelligi potest, ubi de iisdem ptychicis arguunt nos, ait, — quod Xerophagias observamus, siccantes cibum ab omni carne et omni inrulentia, et avidioribus quibusque pomis.*

taniffarum partibus addictum fuisse constet. Magis contra est, quod miremur, Hieronymum etiam atque Isidorum Hispal. carniū usu christianis omnino interdictum esse, defendisse<sup>23</sup>). Statuit enim uterque, esum illarum ante diluvii quidem tempus illicitum adhuc fuisse, post diluvium vero ob hominum duritiem iis concessum; at postquam Christus venisset, et ad pristinam iterum omnia conditionem reduxisset, eum iis rursus ademptum esse; quae quidem sententia in utriusque viri scriptis planissimis verbis proposita<sup>24</sup>) deprehenditur.

23) Quam utriusque viri sententiam iure tanquam peculiarem iisque propriam notavit iam S. V. Staeudlin in *Geschichte der Sittenlehre Jesu, Vol. III, pag. 191.* maiori tamen eam admiratione dignam iudicans in posteriore, quam in priore, monachorum quippe regulis adstricto.

24) Apud Hieronymum quidem amplissime exponitur in *lib. I. adv. Iustin. To. II. Opp. pag. 23.* ubi haec sunt verba eius: *Quod autem nobis obiicit, in secunda Dei benedictione comedendarum carniū licentiam datam, quae in prima concessa non fuerat: sciat quomodo repudium iuxta eloquium Salvarioris ab initio non dabatur, sed propter duritiem cordis vestri per Moysen humano generi concessum est: sic et esum carniū usque ad diluvium ignotum fuisse: post diluvium vero, quasi in eremo murmuranti populo corurnices, ita dentibus nostris nervos et virulentias carnis ingestas. — Post diluvium cum datione legis, quam implere nullus potuit, carnes ingestae sunt ad vescendum. — Postquam autem Christus venit in fine temporum et revolvit ad ea et extremitatem retraxit ad principium, nec repudium nobis dare admittitur, —*

*nec comedimus carnes, dicente Apostolo: bonum est vīam non bibere, et carnes non comedere; de quo loco videnda sunt, quae observavit Staeudlinus l. I. pag. 97 sq.* Tum vero idem etiam ab eodem Hieronymo traditur *lib. II. adv. Iovin. To. II, pag. 56.* Isidorus vero Hisp. *lib. I. de eccles. offic. cap. 45. To. V. Opp. edit. Areval. ea de re haec habet: Carnes autem et vinum post diluvium hominibus in usum concessa sunt, nam ab initio permīssum non fuerat, nisi tantum illud, ut scriptum est: Lignum fructiferum et herbam seminalem dedi vobis in escam. Postea vero per Noë data sunt in esum cuncta animalia, vinique tunc attributa licentia est. — Sed postquam Christus, qui est principium et finis, apparuit, hoc, quod in principio suspenderat, etiam in temporum fine retraxit, loquens per Apostolum suum: Bonum est non manducare carnem et non bibere vinum. Hoc tamen praeeceptum non ideo datum esse, quoniam carnes in se malae sint, sed quoniam usus earum moribus hominum facile damnū inferat, statim ipse docet §. 2. ita pergens:*

*Non*

tur<sup>25</sup>). Minus vero dubii eiusdem catholicae ecclesiae doctores de vini usu fuisse reperiuntur, a quo tamen et ipso nonnulli haereticorum penitus abstinendum esse iudicarunt<sup>26</sup>). Hunc enim omnes, notissimi illius dicti, quo vinum ad animum hominis laetitia replendum a Deo conditum esse pronuntiatur (Pl. CIV, 15.) et praecepti Paulini 1. Tim. V, 23. memores, atque utrum-

*Non igitur quia carnes malae sunt, ideo prohibentur, sed quia earum epulae carnis luxuriam gignunt, fomes enim ac nutrimentum omnium vitiorum esca ventri, et venter escis, quia scriptum est: Deus hunc et has destruet.* Quod vero Hieronymus dicit, hominibus post diluvium propter animi eorum duritiam carnum usum concessum esse, id simile est ei, quod Theodoretus *Quaest. in Gen. cap. IX. interr. 55. To. I. Opp. pag. 68.* edit. Hal. ea de re tradit his verbis usus: *προβῶν γὰρ θεός ὅτι ταῦτα πάντα θεοποιήσαν οἱ εἰς ἐσχάτην ἀλογίαν ἐκπεπωκότες, συγχῶρει τὴν βρώσιν, ἵνα τὴν ἀσέβειαν παύσῃ· ὀβελτρίας γὰρ ἐσχάτης, τὸ ἐσθιόμενον προσκοινεῖ*

25) Huiusmodi vero sententiae patroni aperte videntur Ambrosii animo obversati fuisse, cum in libr. de Noë et arc. cap. 25. To. I. pag. 265. contra illos disputaret, qui Deum hominibus ab initio rerum creatarum non nisi olera ad escam concessisse, carnum vero usum denegasse defenderent, eosque erroris sui convincere studeret. Similem vero sententiarum hac de re diversitatem seculo etiam V. adhuc obtinuisse, docet Theodoreti locus in *Interpr. epist. ad Rom. cap. XIV. To. III. pag. 142.* ubi postquam huius ipsius sententiarum diversitatis

mentionem iniecerat, haec addit: *τῆτο γὰρ τοι καὶ μέχρι τῶ παρόντος· ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τὸ ἔθος μετένηκε· καὶ ὁ μὲν ἀσπάζεται τὴν ἐγκράτειαν, ὁ δὲ πάντων ἀδιδῶς μεταλάμβανει τῶν ἐδωδιῶν:* idque profecto, tanto minus mirandum est, quanto apertius Isidori saltem Hisp. exemplo conflatur, vel proximo adhuc seculo contrariam hunc reliquorum sententiam fuisse profectum.

26) Quod de Encratitis quidem perspicue tradit Epiph. haer. XLVII. To. I. pag. 410 *οἷον δὲ ὅπως ἐμεταλαμβάνουσι· φασκόντες εἶναι διαβολικόν· καὶ τῆς πίνοντας καὶ τῆς χρωμένους ἀνόμους εἶναι καὶ ἁμαρτάντας,* et de Severianis Augustin. in libr. de haer. c. 24. To. VIII. pag. 9. *Vinum, inquit, non bibunt eo quod fabulosa vanitate de Satana et terra geminasse asserant, itemque de Manichaeis, de quibus eiusd. libr. c. 46. pag. 16. haec scribit: Nam et vinum non bibunt, dicentes fel esse principium terrarum, cum vescantur uvis: nec musti aliquid, vel recentissimi sorbent; et libr. XX. contr. Faust. cap. 8. To. VIII. pag. 342 Manichaeis, ait, vinum gustare non religio, sed sacrilegium est, quosque ipse Augustinus hoc ipso nomine in pluribus scriptis contra illos editis impugnavit, maxime in libr. contr. Adimant. Manich. cap. 2. To. VIII. pag. 128 sq.*

utrumque in suae plerumque sententiae defensionem laudantes, licitum iudicarunt, unumque hoc, quod sponte potest expectari, in eo caveri voluerunt, ut ne perverfus aut intemperans eius usus admittatur, ideoque id ipsum in scriptis suis sibi potissimum agendum putarunt, ut cum immoderatum atque inhonestum eius usum, argumentis a damnis maxime repetis usi virtuti atque honestati inde metuendis, suis dissuaderent, tum vero etiam rectum et probabilem eius usum, commodorum inprimis ad mentem et vitam inde redundantium facta mentione, commendarent: in quam rem apud eosdem, quos saepius iam laudavimus, scriptores, Clementem nimirum Alex. <sup>27)</sup>, Basilium M. <sup>28)</sup>, Chrysoftomum <sup>29)</sup>, itemque Hiero-

27) In *Pedag. lib. II. cap. 2.* in quo, ut monuimus iam *not. 1.* de iis, quae in potu fumendo sint observanda, consulto differit, et naturalem quidem atque necessarium fruentibus potum aquam esse monet, attamen nec a vini usu vult abstineri, modo in eo fumendo omnia caveantur, quae sobrietati et temperantiae sint contraria. Hinc non modo vina pretiosiora et e regionibus longe remotis advecta vult vitari, sed nec merum, imo aqua potius temperatum vinum adhiberi. Tum vero pueros etiam atque puellas ab eius usu dicit arcendas, eumque iis potius relinquendum, qui vel ad sanitatem tuendam, tanquam medicamine aliquo, eo indigeant, vel aetate sunt provectiones, hisque vel hilariorem etiam illius potum ad excitandam quasi frigidam aetatem concedi posse defendit. Praeterea vero et hoc suadet, ut sub vespere potissimum et coenae tempore adhibeatur, ubi nulla amplius divinis meditationi-

bus atque lectionibus opera danda sit, atque aere etiam frigidiore facto deficiens tepor introducto calore sit fovendus. Inprimis vero temperantiae atque decori curam in eo fumendo docet habendam esse; ideoque multus est in describendis intemperantiae atque ebrietatis damnis ac incommodis.

28) Qui cum vinum Dei donum ad infirmitatis solamen sobriis datum iudicaret, ut dicit in *Hom. XIV. in ebriof. § 1. Opp. To. II. pag. 122.* (*ὄνος, τὸ παρὰ θεῦ δῶρον εἰς παραμυθίαν τῆς ἀσθενείας δεδομένον τοῖς σωφρονοῦσιν*) eiusque modum una corporis necessitate vellet circumscribi, *μετρεῖν*, inquit, (*Hom. 1. de icium. §. 10. To. II. pag. 9.*) *ἄπειρον τῆς τῷ εἶναι χρέως, ἢ χρεία τῷ σώματος*, facile potest intelligi, quinam ipsi eius abusus visus fuerit, quem in universa illa, quam modo commemoravimus, homil in ebriosos scripta pluribus persequitur.

29) De vini consilio et usu ita iudicantem in *Hom. XIX. in epist. ad Ephef.*



Hieronymum <sup>30)</sup> et Ambrosium <sup>31)</sup>, multa occurrunt utilissime praecepta et admonita.

Quamquam vero secundum haec in universum quidem cum carnis, tum vini usus a plerisque saltem catholicae ecclesiae doctoribus fuit probatus et contra adversarios defensus, aliquam tamen utriusque abstinentiam, certo tantum tempori adstrictam atque exercitationis causa subinde admissam, pro-

in-

*Ephef. cap. V. To. V. Commentt. in N. T. pag. 1013.* βάλει μαθεῖν πᾶ καλῶς ὁ οἶνος; ἀκίως τῆς γραφῆς λεγόμενος· ὅτε οἶνον τοῖς ἐν λύπῃ καὶ μέθῃ τοῖς ἐν ὀδύῃ· εἰκότως· τὸ γὰρ τραχὺ καὶ σκυθρωπὸν οἶδε μαλάττει, καὶ τὸ συννεφέες ἀπάγειν. Οἶνος εὐφραίνει καρδίαν ἀνθρώπου, Φησὶ· πᾶς ἔν ἐκ τῆ οἶνος ἢ μέθῃ; ἢ γὰρ ἐνὶ τὸν αὐτὸν τὰ ἐναντία ἐργάζεσθαι ἑαυτῶ· ἢκ ἄρα ἐκ τῆ οἶνος ἢ μέθῃ, ἀλλ' ἐκ τῆς ἀμετρίας· ὁ οἶνος δὲ ἰδὲν ἕτερον ἡμῶν δίδεται ἢ δι' ὕπερ-αν σώματος· ἀλλὰ καὶ πρὸς τῷτο ἐμποδίζει ἢ ἀμετρία; hacque ipsa de causa modicum eius usum studiose commendantem *Hom. XII. de ingluv. et ebriet. To. VI. Commentt. in V. T. pag. 656.*

30) Qui et vini, aequae ac carnis, usum hominibus post diluivium demum concessum esse defendit, *loc. not. 24. ex lib. I. adv. Iustin. laud. et vinum*, inquit, cum carnis post diluivium dedicatum est, neque tamen a Christo cum carnis usu iterum ademptum, sed permisum potius, ita tamen, ut prudentia sit moderandus, id quod diserte docet in *epist. II. ad Nepor. de vic. cleric. To. I. pag. 11.* haec monens: *Quicquid inebriat, et statum mentis everrit, fuge similiter ut vinum. Nec hoc dico, quod Dei a nobis creatura damnetur, (siquidem et Dominus vini-*

*potator est appellatus, et Timotheo dolenti stomachum, modica vini sorbitio relaxata est:)* sed modum pro aetate, et valetudinis, et corporum qualitate exigimus in potando. Quodsi absque vino ardeo adolescentia, et inflammor calore sanguinis, et succulento validoque sum corpore, libenter carebo poculo, in quo suspicio veneni est.

31) In *libr. de Noë et arc. c. XXIX. s. III. To. I. pag. 272.* ubi hanc moderationis in vini usu adhibendae legem proponit: *ebriofus est omne absorbere vinum, et intemperantis evacuare, quod sumserit: continenti autem utendum mensura legitima est.* Ne vero huius ebrietatis e nimio vini usu oriundae culpa in ipsum Deum, vini largitorem, videretur transferranda, diserte monet *Hexaem. libr. IV. cap. 17. s. 72. To. I. pag. 62.* Deum vitem quidem generasse, Noachum vero eam plantasse, tumque haec addit: *Cultor ergo, non auctor est vitium. Deus autem, qui sciverit, quod vinum sobrie potarum sanitatem daret, augeter prudentiam, immodice sumtum ad vitia causas daret, creaturam dedit, abundantiam humano arbitrio reservavit; ut parsimonia naturae esset magisterium sobrietatis, abundantiae noxiam lapsusque remulgentiae sibi adscriberet humana conditio.*

insigni virtutis adminiculo habuerunt, inque praecipua laude posuerunt; neque olim etiam praemio destitutam fore sperarunt: qualem spem Cyrillus certe Hieros. disertè professus est<sup>32</sup>). Neque tamen, ut vel ex hoc ipso Cyrilli loco cognoscitur, haec singulorum modo fuit persuasio, sed communi fere omnium Christianorum ecclesiae catholicae consensu probata opinio. In solennibus enim ieiuniis, quae constat mox post initia rei christianae inter Christianos celebrari coepta fuisse, plerique fere, non quidem ex diserta lege, quae serius demum scripta est<sup>33</sup>), sed antiquo tamen more et pro cuiusque arbitrio<sup>34</sup>), a carnum et vini usu solebant abstinere, idque ipso ieiunii consilio necessarium quodammodo reddi aut suaderi saltem statuebant.

32) *Catech. IV. de dec. dogm. cap. 27. pag. 65.* *μητέομεν γάρ, inquit, εὐν τὸ καὶ κρεῖττον ἀπεχομενοι, ἢ ὡς βδελύγματα μισῶντες, ἀλλὰ τὸν μισθὸν προσδοκῶντες· ἵνα αἰσθητῶν ὑπεριδόντες ἀπολαύσωμεν πνευματικῆς καὶ νοητῆς τραπέζης· καὶ ἵνα νῦν σπεύροντες ἐν δάκρυσι, ἐν ἀγάλλιασι θερίσωμεν ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι, pauloque post haec subiiciens: ἀπεχόμενος τοῖσιν τῶσιν, μὴ ὡς βδελυκτῶν ἀπέχῃ, ἐπεὶ μισθὸν ἔχεις· ἀλλ' ὡς καλῶν ὄντων ὑπερφρόνει, διὰ τὰ προκείμενα νοητὰ καλλίονα.*

33) Quod accurate demonstravit Dallaeus *l. l. cap. VI, et VII. pag. 256 sq.*

34) Quod disertè docent Tertullianus in libr. *de ieiun. adv. psych. cap. 13.* haec de iis tradens: *denique responderis, haec ex arbitrio agenda, non ex imperio, itemque Augustinus, apud quem haec leguntur*

*lib. XXX, contr. Faust. cap. V. To. VIII. pag. 447.* *Audi ergo, quod confiteris, te non videre, qua mente aut consilio hoc adversum vos capitulum proferamus: non quod a caribus abstinearis, nam hoc a quibusdam et primi patres nostri fecerunt, sicut commemoras: non tamen ea damnandi, sed significandi gratia, quod non intelligitis, et unde iam quantum sufficere videbatur, in superioribus partibus operis huic locutus sum: et Christiani, non haeretici, sed catholici, edomandi corporis causa propter animam in orationibus amplius humiliandam, non quod illa esse immunda credant, non solum a carnibus, verum a quibusdam etiam terrae fructibus abstinent, vel semper, sicut pauci, vel certis diebus atque temporibus, sicut per quadragesimam fere omnes, quanto magis quisque vel minus seu voluerit, seu potuerit.*

Atque

Atque de his ipsis ieiuniis vel omnium ciborum per tempus aliquod abstinentia, tanquam altero eoque praecipuo illius, de qua ab initio diximus, disciplinae virtutis documento, nobis iam pluribus foret differendum, nisi spatii angustia prohiberet, quo minus haec disputatio tota nunc possit expediri, moneretque nos, ut ad id potius perveniamus, quod pauca haec praefandi occasionem nobis suppeditavit, cuiusque cogitatio illo ipso etiam, quod nunc tractavimus, argumento in animis nostris excitatur. Quemadmodum enim illi, quos commemoravimus, veteris ecclesiae doctores maximam partem recte et ad doctrinam Iesu atque Apostolorum accommodate docuerunt, nullum cibum ab homine christiano immundum aut illicitum esse iudicandum, sed licere ipsi quolibet cibo vesci, modo cum gratiarum actione atque ita eo fruatur, ut ne virtuti eius atque probitati quicquam damni inde sit metuedum, neque tamen vitio ipsi verti posse, si virtutis suae exercendae causa nonnunquam vel omnibus cibus, vel quibusdam etiam sponte abstinerit; ita haec eadem doctrina, postquam temporis successu in cultum arbitrarium et superstitiosum fuerat conversa, sacrorum emendationis temporibus a b. Luthero in lucem iterum est revocata, cumque aliis pluribus rectius constituta, eoque ipso verae pietatis natura accuratius declarata. Hinc igitur et hoc nomine habemus, quod huius tanti Viri in fidem et virtutem christianam merita praedicemus, huiusque officii ipsi persolvendi occasionem quaecunque cupide arripiamus. Talis vero denuo nobis offerretur anniversario illo festo, quod instanti d. XXXI. hui. mens. cum universa ecclesia, quae illius Viri doctrinae formulam sequitur, nostra etiam Universitas peculiaribus sacris, hoc ipso libello a nobis indicendis, celebrabit. In hoc autem *die festo, quo sacrorum instauratorum memoria quotannis recolitur, monimentum aere perrennius ad Lutheri merita posteritati commendanda esse agnoscendum*, in illa oratione, quae, inter haec ipsa sacra hor. XII. illo, quo diximus, die in aede D. Nicolai ab Academia nostra instituenda pro antiquo more habebitur, demonstrandum

dum sibi sumet Clarissimus CHRISTIANVS FRIDERI-  
CVS SPIEGEL, Numburgensis, AA. LL. M. et ad aedem  
Paulinam Concion. Vespertin. doctrinae et probitatis nomine  
commendandus. Ad hanc igitur orationem benevole audien-  
dam, Vos COMITES ILLVSTRISSIMI, PROCERES VTRIVS-  
QVE REIP. GRAVISSIMI, Vosque, COMMILITONES DI-  
LECTISSIMI, omni qua par est, observantia invitamus.

P. P. Dom. XXIII. p. F. Trin. A. D. c1010cccxv.

Jf 788

TA-OC

ULB Halle


007 412 312


3



h. t.







E C T O R  
ITATIS LIPSIENSIS  
MEMORIAM  
M PER LVTHERVM

ENDATORVM

OCT. A. Dom. c1010ccccv

IN

D. NICOLAI

RECOLENDAM

INDICIT.

*eclesiae culpa corruptae per Platonicas sententias  
Theologiae liberandis  
m e n t a t i o XIX.*

*X. Phil*

